

DITIPIER. GERMANIA LAUREATA

GERMANIA
LAUREATA,
Sive
PARS LAURUS
AUXILIATORIBUS
UNGARIE,
SACRO ROMANO-
GERMANICO
IMPERIO,
REGNIS EI COLLATERALIBUS,
nec non Ditionibus ac Locis ejus
præcipuis

muncipata,

PAUL O LITTER
F. philipp. A. 1710.

Prænobilibus, Generosis, & Egregiis, Prudenti-
bus item ac Circumspectis, Con-
sultissimis
DOMINIS
I N C L Y T O
S E N A T U I
P O P U L O Q U E
R E G I Æ L I B E R Æ C I V I T A T I S
P O S O N I E N S I S,

dicata

PAULO RITTER,
Equite Aurato.



IN-

INCLYTE
SENATUS POPULEQUE
POSONIENSIS.

DRincipalem LAURUS AUXILLATO-
RIBUS UNGARIÆ Partem, GER-
MANIAM LAUREATAM, quam
pro secundo ejus Operis Libro in lucem dedi, Prin-
cipi UNGARIÆ Urbi, VOBIS, VIRI CLARIS-
SIMI, qui Patriam banc Rempublicam Vestram
præstantissimis Virtutibüs, Justitiâ utpote & Pru-
dentiâ, quæ validissimum Civitatis robur sunt,
regitis & gubernatis, offero. VO Senim tam in a-
troci Turcorum nuper, quam in Sacri hujus Bel-
lorū molibus, pro Patria Vestrā, pro Apostolico Re-
gno motis, onus constanter tulistis: ut, Bellō felici-
ter peractō, non solum toti Patriæ Vestræ, sed & u-
niversæ Reipublicæ Christianæ optata Pacis al-
mæ tranquillitas resurgat. Et cum virtute ma-
gni DEInostri SABAOTH feliciter hactenus pu-
gnatum, hostis profligatus, victoria reportata, Pa-
tria recuperata, nihil jam desideriis reliquum,
nis iut Justitia & Pax osculentur: quæ AUXILI-
ATORES UNGARIÆ, tantorum laborum So-
cios, gloriosis Victoriarum Palmis, & triumpha-
libüs Gloriæ Lauris in mercedem ornent, coro-
nen.

nen. **E**QUIBUS prima Auxiliatrix, principa
lis *Socia*, imò totius Belli & Victoriarum Præses
GERMANIA: Cui magna Rei Bellicæ, nam Re-
gia, *Virtus*: quæ in hisce Laboribus ire magna
comperta est: quæ à margine Patriæ Vestrae Ho-
stem expulit: quæ ultrò **UNGARIAM**, quon-
dam etiam magnam, fatis & faciliis alloqui cerni-
tur; i, re magna: jam regna. *Ei* proinde ritè de-
bitam, **UNGARIAE** Patriæ Vestrae nomine con-
textam, nuncupatā, **VOBIS oblatā, LAURUM**,
grato animo suscipite, Ei q; VOS illam imponite:
ut à Principe Regni Vngariæ Vrbe, Orbis universi
Reginarum Princeps tantò dignius honoretur: ac
impensi **LABORIS MERCEDEM**, grati **ANI-
MI AFFECTU M** volupè sentiat, experiat: unde
unde ultrò majori q; semper zelò erga VOS & dul-
cem **PATRIAM** Vestram afficiatur, feratur.
COETERUM & PATRIÆ VRBI VESTRÆ
annexam unà **LAURUM** pari benevolentiae
affetu suscipite, servate, amate: **VRBEM q;** &
ditionem Vestram, quam Legibus regitis, **DEO**,
Superisq; favensib; perpetua Pace & Felicita-
te conservetis. **ITA** vovet, dicat q;

PRÆNOB. GENEROS. & EGREGIAR.
PRUDEN. & CIRCUMSPECT.DD.VV.

addicissimus observantissimus
PAUL.RITTER, E.A.



EPÆNETICON REGIÆ LIBERÆ URBIS POSONIENSIS.

Programma.
POSONIA.


Anagramma.
SONO PIA.

Signi pietate sonas, Posonia, semper:
In REGEM, inq; DEUM qua pia semper eras.
Tot res adverse quod tot testantur & hostes:
Per quos acre tua est sapè probata fides.
Terjitas utro, vigeas feliciter ultrò:
Omniaq; hic celebris duret in æva sonus.

Anagramma II.
SANO, PIO.

Consilium in rebus sanum laudatur agendis:
Corq; pius: justum deinde sequatur opus.
Ritè opus inceptum, justum DEUS ergo secundat:
Consilium sanum cùm tibi, corq; pius.

Ana-



Anagramma. III.

O, O, SPINA.

ONUNC ò nunc latos cieas, Posonia, cantus:
Quæ nocuit, fræcia est, tritaq; spina jacet.
Spina jacet, Thrax, qui toti suit horridus orbi:
Pacifico crescit jam tibi panis agro.
Hanc qui convertit (qui est omnibus omnia factus)
In panem Spinam, te pius ipse juvat.

Anagramma. IV.

IO PONAS.

NUNC io nunc tristes deponito in otia curas:
Ipse tibi facit hec otia grata DEUS.
Otia post curas, requiem post nempe labores,
Quos amat, hisce pius mittit ab axe PATER.

Anagramma V.

NOS O PIA.

Conversa ad reliquias Posonia celsa Sorores:
Ex desiderio dicq; voveq; pio.
Nos pia celesti benedicant Numinia dono:
Vivamus Regi &, nos pia turba, DEO.
Taliter insigni pietate sonando, perenne
In Mundo & Cælo collige habeq; decus.



GERMANIA LAUREATA.

Programma.

GERMANIA.

Anagramma.

MAGNA REI.
A RE MAGNI.
IGNE ARMA.
IGNE ARAM.
A MARGINE.
AGMEN, IRA.
I, RE MAGNA.
JAM REGNA.

MAgna rei causa est, fortæ armare nepotes:
Pro sacra opus cum sit belligerare fide.
Quot nuper sacra templa ferus spoliavit, & aras
Uffit: & in cineres, Thrax, ruitura dedit!
Quam non passa fuit, cerne, Austria sola ruinam:
Sæcla suum poterunt vix reparare decus!
Nunc, ubi Christiadum, magna ò Germania, Regum
Pectora concordi junxit amore DEUS;
Igne tuos arma natos, arima igne nepotes:
Turcicæ in exitium bella movendo luis.
Igneque barbaricam pia vindex funditus aram
Destruere: & a patrii margine funde soli.

A

Victri-

(2)

Victricem contrate reddent agmen & ira:
Densum armis agmen, julta sed ira tibi est.
Sunt à re magni tibi nam, Germania, nati:
Nempè decet magnos vincere magna viros.
I, re magna: potens jam regna: tempora cedunt,
Fataque dant sceptris jam nova regna tuis.
Ad Bellum fatis, fatis ad Regna vocaris:
Ad quæ fata vocant præmia, fata juvant.
Scilicet, ut Bello, felici Marte peracto:
Belli uti fructu, Pace, deinde queas.
Ut bene Germanus, regnamus, dicere possit:
Qua Natura illum dote, Deusq; fovet.

Programma.
ALSATIA.

Anagramma.

ISTA ALA.

Altius ista suo tollat seſe ala volatu:
Remigat æthereum quæ Jovis ales iter.
Ut fortunato per viæta pericla volatu,
Læta per æterni currat Honoris iter.

Programma.
ANGLIAE REGNUM.

Anagramma.

AGGERE IN LUNAM.
LARGE NINUM AGE.
LARGE IGNE MANU.
INGENUAM LARGE.

Nunc in Threiciam valido est opus aggere Lunam:
Qui patriæ affectat regna quieta suæ.
Nam quia fatales patitur Luna impia casus:
Quemque dii cædunt, omnia tela timet.

His

(3)

His quoque agens magnum tu casibus, Anglia, Ninum:
Augeto patriis extera regna plagis.
Procedas largè contra hostes igne, manuq;
Ut victrix etiam præmia larga feras.
Ingenuam largè qui te fecere benigni,
Ad sua opus facient vota venire, Dii.

Programma.
ANTUERPIA.

Anagramma.

IN VÉR APTA.

VERNAT PIA.

Dum cadit Odrysæ rigor & vis aspera brumæ:
Christiadumque novo vere fovetur ager.
Verna inter celebres, Antuerpia, nobilis urbes:
Quæ pia, quæ in vernum moribus apta decus.

Programma.
AQUISGRANENSIS RESPUBLICA.

Anagramma.

URBES, REGNA AQUILIS PISCANS.

Urbes, regna Aquilis piscans, nunc retia mitte:
Præbent captivas Ister & Hebrus aquas.
Ut bene piscatis regnis atque urbibus olim,
Palmas & lauros, præmia digna feras.
Orbeque pacato tantis protecta sub alis,
Læta queas grata Pace, & Honore frui.

Programma.
ARGENTINA.

Anagramma.

REGNI NATA.
AN INTERGA.

A 2

Regni

Regni nata olim, pulchra *Argentina*, potentis:
Suspecta integritas cernitur esse tua.
Illatam quereris vim; ex principe serva! puellis
Credulitas error sèpè nocivus erat.

(4)

Programma.
AUGUSTANA RESPUBLICA.

Anagramma.

SATURANS PUBLICA AUGE.
Non vanum Augustæ nomen fortita videris:
Hæc fuit authoris cura profectò Dei.
Augustum augustis nomen Virtutibus æquas:
Sorte auges propria publicum alendo bonum.
Perge bonis factis, & fatis perge benignis:
Et merito Augustæ nomen & omen habe.

Programma.
AUSTRIA.

Anagramma.

- (1) ARS VATI.
- (2) UTI ARAS.
- (3) ARIS TUA.
- (4) I, UT ARAS.
- (5) ITA URAS.
- (6) I, SATURA.

Ut tibi jure decens nectatur, ò *Austria*, laurus:
Quæritur *ars vati*, fitque sub arte labor.
Nam *veluti* sacras pietas tua protegit *aras*:
Sic *aris tua* fit Gloria digna suis.
I, perge: *ut* salves simul & merearis *ut aras*:
Hoc poscit pietas, hoc pia fata movent.
Perge *ita*, ceu nuper Gradivis prospera flammis:
Uras Threicii tecta superba Ducis.

I, sa-

Isatura populos, & pace & pane, fideles:
Hoc fatis, felix *Austria*, nomen habes.

(7) SAT AURI.

(8) JUR ATAS.

(9) AUT IRAS.

(10) AUT ARIS. &c.

Austria.

Noverat esse mihi truculentus prædo (7) *sat auri*:

Quæ tot regnorum sceptra, mitrasque gero.

Obruit: in prædam sibi me persuasus habendam:

(8) *Juratas*que Duci cogit abesse manus.

(9) *Aut iras* metuens vixilem degener aris:

(10) *Aut aris* malem fida ministra mori.

Ast ego ne violem sacra juramenta, fidemque:

(11) *Vastari* ante suo passa rigore fui.

(12) *Vis arat* Austriacas durè Mavortia terras:

Tale nec (13) *à tauris* Jasonis esset onus.

(14) *Vis rata* totius stygis est, phlegetontis & orci:

In vitam viru composuisse meam.

(15) *Usta ira* illius, tumulo solabar in ipso;

(16) *Sta*, tua constanti *jura* tuendo fide.

(17) *Sta: jura*que Deo, Regi *jura*que fidelis:

Ornabunt fortè tanta pericla fidem.

Quam (licet ingenti fuerim (18) *visarta malorum*)

(19) *Auratis* Ducibus serva reservo fidem.

Impie divinum (20) *vitaras* prædo timorem:

(21) *Vi* sunt justarum flexa sed *Astra* precum.

(22) *Ut, si* Vulcani tristis fuerim *ara*: Jeovæ

(23) *Ara tuis* flammis purificata fui.

Flamarum, ferrique tui (24) *vis* corruit *atra*:

(25) *Arsi*; sed victrix æmula perfido *tua*.

Acriùs & (26) *ras tua* colla, ò prædo superbe:

Ipsa terit vires Numinis (27) *ira tuas*.

Usus eras (28) *astu*, fortique in viribus *ira*:

Versus at in damnum est *astus* & *ira tuum*.

A 3

(29) I,

(29) *I*, nunc nosce malum: Austriacas evertere terras,
Dum flendo proprias *tu* modò tristis *aras*.
Quàm graviter solio cecidisti motus ab alto:
Corruis; inqùe dies hinc (30) *ita*, prædo, *ruas*.
(31) *Ars vita* est aliis: arghæc tua bellica mortem
Intulit actori: nam fuit absque DEO.
Desine, quas servant Superi mihi (32) *quinque tiaras*:
Vix (33) *satur* his, felix Austria vivet; *ai.*
(32 *Anagr. V. tiaras*)

*Programma.***BADENA.***Anagramma.***B E A N D A.**

Virtus sola beat: virtute, Badena, beanda:
Felix: cuī simul est res, preciumque rei.

*Programma.***BASILEENSIS** Respublīca.*Anagramma.***BIS PLACEBIS: ENSE, LAURIS.**

Bis, nempe armata &, Basilea, ornata placebis:
Ense una & lauris: five lago atque toga.
Palladis hic decor est: hæc dignaque Pallade virtus:
His (quibus absque placet nemo sat) ultrò place.

*Programma.***BAVARIA.***Anagramma.***VI AB ARA.***Aliud***BAVARIA SUPERIOR.***Anagramma.***IO SUPER ARA JUBAR.***Ut*

UT te nulla, Boi, patriis vis separat aris:
In patriam pietas quod jubet, inqùe Deum.
Sic omni patriis hostes *vi* cogito *ab aris*:
Officium pietas tuta agat unde suum.
Quò magis à patriis arcentur finibus hostes:
Hoc magis est patriis hostia tuta Diis.
Verum alnumque tua *jubar* est *io desuper ara*:
Cœlicus Emmanuel, Emmanuelque tuus.
Devincet duplici *jubare* hoc tua protinus ara:
Amittetque suum barbara Luna *jubar*.
Perge ita pro charis *vi* forti animosior aris:
Fata secundabunt: vincere vique dabunt.

*Programma.***BAVARIA INFERIOR.***Anagramma.***JO FER IN ARA JUBAR.**

Inter Christicolæ Nymphas pietatis amantes,
Fulgere à Fatis est tibi, Nympha, datum.
Unde tuæ claro placidè fulgore coruscant
Aræ, divinum participando *jubar*.
Perge *io*, in patria *jubar* ultro perfer in *ara*:
Luceat ut sœcla hoc, & sine nocte *jubar*.

*Programma.***BELGII FOEDERATI ORDINES GENERALES.***Anagramma.***EJA REGNARE DIGNI, O BELL**
SEDE FORTES.

Eja: quibus Cœlum fatis indulget: & ipsa
Virtutem merito fata decente probant;

O Belli

(8)

O Belli fortis, o Pacis sede potentes:
Adsit Bello, Pacis amore, sacro.
Ut vos post felix Bellum Pax alma perenni
Palmarum & laurūs ornet honore magis.
Felices: tantos cumulat quēis Gloria fructus:
Fortunæ precium nobilioris habent.

Programma.
BOEMIA.

Anagramma.
AMBO EI.
IBO MEA.
JAM BEO.

SUn duo divinos opera inter summa labores:
Cœlum, Terra: hominum hæc patria, & illa Deum.
Ambo Boëmorum Nymphæ Natura favere:
Fecit: *ei* Cœlum, Terraque nempe favet.
I tua regalis sub Cæsare Nympha benigno:
Effectum capiunt, *i tua* vota suum.
Jam beo, dum Cæsar: *beo jam*, dum Juppiter inquit:
Quàm bene, tam semper Nympha beata vige.
Quàm felix populus, quàm florens patria verè:
Cuī Cœlum, Tellus, Rexque Deusque favent!

• *Aliud.*
BOEMIAE REGNUM.

Anagramma.

MEA, ERIGE BONUM.
EN GEMMA VIREBO.

PErge, *mea*: nam tempus adeſt, optabile tempus:
Læta salutares perge, meaque vias.
Quodque *bonum* cultrix studiosè semper amabas:
Et quod semper amas, *erige* Nympha *bonum*.

Inter,

(9)

Inter, ut, ultrò virens Regales Gemma Coronas
Dicas; en alto Gemma virebo bono.

Programma.
BORUSSIA.

Anagramma.

UBI ROSAS.
O SUB ARIS.
ORBA SUIS.

Nullibi perpetuo nascuntur odore fragrantes:
Quam quas fidè aris seminat almus Amor.
Scilicet & cecidisse sacris est vita *sub aris*:
Justus Amor pro aris militat atque fociſ.
Christiadum ò quantum gens nuper passa sub aris
Extitit, Oſmannæ preſſa rigore feræ.
Nunc tamen *orba suis* fera barbara viribus alget:
Christiadum quæ *suis* gens viget *orba* malis.
Tu tamen *orba* malis, & dotibus aucta bonorum,
Hasce aris dignas carpe, Boruſſa, rosas.

Programma.
BRABANTIAE DUCATUS.

Anagramma.

ABUNDABIT RES AUSTA.

Felices segetes hæc Martia porrigit aetas:
Pingui ubi nutritur rore cruoris ager.
Quo, quamvis durè, Virtus heroïca in agro
Colligit æterni dives Honoris opes.
Illius ut pars es, generosa Brabantia, pars &
Res aucta, o faustè cuius abundet, eris.

B

Pro-

(10)

Programma.

BRANDENBURGENSIS MARCHIONATUS.

Anagramma.

HIC NOTUS, BARBARIS DAMNUM
GERENS.

UTque procellosis commiscens fluctibus altum,
Et solvens hyemis corpora dura *Notus*;
Notus es illustri per totum nomine mundum:
Martia quò Virtus, quò tua facta volant.
Notus barbaricis, simul atque verendus in oris:
Nempe *geris* forti *barbara* *damna* manu.
Perge, age, continues venerandus, perge verendus:
Factis & Fatis pange perenne decus.

Programma.

BREMENSIS RESPUBLICA.

Anagramma.

CELEBRIBUS PAR MENSIS.

IMperii celebres inter non ultima mensas,
Brema, tuo locuples jure & honore viges.
Publica privatis meruisti proemia: quæ sat
Publica privatis commoda rebus alis.

Programma.

BRUNSVIGIA.

Anagramma.

IN GRAVIBUS.
UBI GNARIUS.
SUBNIGRAVI.

In

(11)

Programma.

IN gravibus curis, gravibusque in rebus amico
Auxiliari: ubi quid gnarius esse potest?
Tu, quæ consiliis polles & fortibus armis,
Te gravi in hoc gnaram Marte, piamque probes.
Ut, subnigravi Turcæ fera cornua Lunæ,
Ad quod fata favent, dicere dînde queas.

Programma.

BURGUNDIAE DUCATUS.

Anagramma.

ABUNDES GRAVI DUCTU.

ARmorum spectanda *gravi*, Burgundia, ductu:
Perge in Threïcias miles abunda plagas.
In votis ut nempe tuis & messé Gradivi
Effectu fieri & rebus abunda queas.
Maliter unde etiam Laudis crescentis *abundes*
Nympha redux *ductu*, cum spolioque *gravi*.

Programma.

CARINTHIA.

Anagramma.

IN CHARITA.
IN CITHARA.

Nhomines inter perfecto majus Amore:
In DEO amans sic est, atque in amante DEUS.
Par hunc felici Nympha Archi-Ducalis amanti,
Savave cane in cithara dulce sonante melos.
Ut sicut lices per sæcula ducere cuncta
Cære ritè queas, & videare, dies.

B 2

Pro-

(12)

Programma.

CARNIOLIA.

Anagramma.

IO IN CLARA.

Divinum esse bonum, sapiens Plato scribit, honorem:
 Quo quasi dis homines reddimur esse pares.
 Te fatum ad famae, rerumque invitat honores:
 Dum te *in clara* sua munera mente vocat.
 Sortibus ergo bonis, satis animata benignis
 Perge *io* divino *Carnia clara* bono.

Programma.

CASSILIA.

Anagramma.

ACSI ALIS.

Fama tibi vastum celebris sat pervolat orbem:
Aci alis levibus suppeditata foret.
 Vade, vola: & dotes tibi nomine Fama perennes,
 Quas *alis*, è terris summa per astra ferat.

Programma.

CLIVIA.

Anagramma.

AULICI.

Vis augustae & Amor contra hostem dimicat Aulæ:
 Fortibus auxiliis *aulica* adesto *cohors*.
 Ut juncdis, justisque armis tunc hoste subacto,
 Aulicus optato fœdere nubat Amor.

Programma.

COLONIA AGRIPPEJA.

Anagramma.

O PIA IN PACE GLORIA.

Nulla

(13)

Nulla tibi desunt felicis munera fortis:

Cùm tibi sit gratis *Gloria, Paxque Diis.*

Nec *Pax* est melior, melior nec *Gloria*: quæcumque

Pro pietate, DEI numine dante, venit.

Teque aliunde ornat Pietas, Sapientia, Virtus:

Debetur meritò *Gloria, Paxque tibi.*

Programma.

CONSTANTIA.

Anagramma.

SONAT, CANIT.

Proæmia sanctorum, Constantia, naœta videris:

Cuj exultare in Gloriæ honore datum.

Moribus ultrò vige constans, *Constantia*, sanctis:

Cùm sanctis laudem ut lætitiamque feras.

Programma.

DANIA.

Anagramma.

D I A N A.

Talis in hoc mundo rerum jam volvitur ætas:

Ut trepidant fatis maxima quæque novis.

Turcica supremo fastu & splendore *Diana*

Corruit: & nullo Sole juvata perit.

Dania, coelestis genium fortita *Diana*:

Fundito nunc radios sole favente tuos.

Destruere Threiciam, policamque imitata Dianam:

Regna inter, stellas quod tenet ista, tene.

B 3

Pro-

(14)

Programma.

FRANCOFURTENSIS Respublica.

Anagramma.

SUB IRA NUNC FERT PACIS FLORES.

Nunc, ubi confusum Bello tonat *ira* per Orbem:
Pressaque Gradiwo regna furore cadunt.
Pacis odoriferos Mundo *Francfurtia flores*,
Pro raro in terris munere *Nympha refert*.
Scilicet hoc Belli communis turbine, *Pacis*
Communis, propriis viribus auget, opes.

Programma.

F R A N C O N I A.

Anagramma.

COR IN FANA.

Successus votis spera, *Franconia*, faustos:
Devotum quæ *cor in sacra fana geris*.
Hæc pietas superos disponit adesse benignos:
Fortuna pietas maxima causa bonæ est.

Programma.

F R I S L A N D I A.

Anagramma.

I N D I R A F L A S.

Si quis magnanimo sub pectore spiritus unquam,
Qui *dira* adversus fulmina *flas*set, erat.
Nunc in *dira* satís, *Frislandia*, fulmina *fles*; ut
Fulmina dispereant, culmina Turca ruant.

Pro-

(15)

Programma.

G E L R I A.

Anagramma.

R E G A L I.

L A R G E I.

L I G A R E.

Regia cùm pergunt ultrò feliciter arma:
Et nova lucrantur regna, decusque novum.
Gelria regali bellax conjuncta catervæ:
Largè i: hostiles reque ligato manus.
Ut pòst, justa inter Belli sub Rege trophæa,
Jure novum referas, perpetuumque decus.

Programma.

G O R I T I A.

Anagramma.

I O G R A T I.

Vivite *io grati*: cumulatur gratia gratis:
Qui gratum faciunt pro pietate bonum.
Grataque tu superis *Goritia*, grataque amicis:
Promeritas duplicitis *Gratiæ* habebis opes.

Programma.

G O T I A.

Anagramma.

A G I T O.

Primævas laudes, & magnum nomen avorum,
Quam pulchrum titulis est reparare novis.
Nunc quoniam in terris heroica volvitur ætas:
Et bene certanti laurus honora viget;

Eja

(16)

Eja agito Gotici Nympha antiquissima regni:
Restaures meritis nomina avita novis.
Latè Europæum biberas quæ sèpè cruorem:
Nunc Asio justam dème crux sitim.
Taliter ut laudem per fortia facta perennem:
Multiplicans terris, hinc super astra feras.

Programma.
HAMBURGENSIS Respublica.

Anagramma.

HIC URBIBUS PALMAS GERENS.

Hic vetus Hamburgis sinuosum fortis ad Albim,
Teutonicis *palmas urbibus ampla gerens.*
Quàm bene communi nova ferta meretur honore
Cum veteri novus hic nobilitate vigor.

Programma.
HELVETA Respublica.

Anagramma.

LEVABIT HAEC PLURES.

VALEBIT HAEC PLURES.

Di tibi cum validis tribuerunt viribus arma:
Et facilem, *plures possè levare, modum.*
Nunc ubi communem contra certatur in hostem:
Certantes fratres, Helveta Nympha, leves.
Ut valeat, *pluresque levet, tua Gloria palmas:*
Qua *plures Nymphas ante levata viges.*

Programma.
HESSIACUM.

Anagramma.

HISCE MUSA.



Hisce

(17)

Hisce placet, quæ Artem, quæ Martem *Musa coronat:*
Lauros, & palmas *Musa dat hisce suas.*
Scilicet æternum vivunt, quos *Musa coronat:*
In quos nil Lachesis juris habere potest.

Programma.
HIBERNIA.

Anagramma.

HABE I.N.R.I.

Quos magis affectas titulos: quo Numine tutam,
Quóve exornatam te cupis esse magis?
In ligno vitæ hos hominum Salvator habebat:
Dum moriens mortem & dæmona vicit ovans.
Ornata his titulis, protecta hoc Numine, *Hiberni,*
Vive: &, quod supereft, vince decora malum.

Programma.
HOLLANDIA Respublica.

Anagramma.

I PULCHRA, I BLANDA SOLE.

Ipulchra auricomio comitata Hollandia Sole:
Perge per optatas *blandaque Sole vias.*
Quicquid enim pulchri, blandique ex aethere spectat
In terris, in te Sol reperiret idem.
Felix: ut fata vocant, utque astra secundant:
Fac cum Sole tuum vitæ & honoris iter.

Programma.
HOLSATIA.

Anagramma.

IO ATHLAS.

C

Nunc

Nunc ubi pro validis Ecclesia sancta columnis
Indigit Athlantis summa ferentis ope.
Nunc io Athlas Holsate humeris fulcito superni,
Ut superum referas proemia, templa Dei.

vel
OLSATIA.

Anagramma.

S O L A T I A.

Nunquam proveniunt solatia certius ulla:
Quam quae divinæ ex ordine mentis eunt.
Talia cum spes, & præstolere decenter:
Auguriō tibi sunt nomina plena bono.

Programma.
I S T R I A.

Anagramma.

I R A T I S.

S A T I R A.

Hostibus iratis iras opponito iustas:
Cede nec adverfis dum potes, *Istri*, malis.
Iris contra iras, armis contra utimur arma:
Sæpè sat est iris ira, minisque mina.

Programma.
JULIACUM.

Anagramma.

L U C I V I A M.

I, I, C U M U L A.

Ecce viam *Luci*: terris pergatur & astris:
Ante viatores crux sacrosancta micat.
Nunc, si cum placuit, *Lucis* tibi, *Julia*, veræ:
Nunc avibus faustis ingrediatur iter.

Inunc,

(18)
In nunc, i, cumula decoris monumenta perennis:
Pro decore hæc *Lucis*, proque salute via est.

Programma.
L I V O N I A.

Anagramma.

I N V I O L A.

Primitias verni in *viola* fragrante decoris
Livorem superans, *Livonia* alma, cape.
Hæc fatidos est, vati præsaga, benigni:
Perpetui blando Veris honore vige.

Programma.
LOTARINGIA.

Anagramma.

G L O R I A N A T I.

Nunc, ubi pro justo Bellum est, *Lotaringia*, honore:
Cinge tuos, natos *Gloriam*, ad arma viros.
Gloria quem genuit, felix; felicior ultro,
Cuj manet hæredis *Gloria* parta loco.

Programma.
L U C E M B U R G A.

Anagramma.

L U G U B R E C A M.

Nunc Geticus *Cam*, nunc Sultanus Turcus, uterque
Pro votis nostris *lugubre* tempus habet.
Hostibus ultrò utinam succedant talia nostris
Fata: quibus nobis gaudia læta fluant.

C 2

Pro-

(20)

Programma.

LUSATIA.

Anagramma.

LĀTA VIS.
ALTA JUS.
I, SALUITA.
SALVATI.
ITA LAUS.
SALVA IT.

Christiadum' veteris semper Pietatis amica
Lusatiō: cuj vis lataque semper erat:
 Nunc, dum tempus adest: idque acceptabile tempus:
 Dumque dies etiam grata salutis adest:
Jus vetus exalta: delubra, i, sacra saluta:
 Quas, male possesñas, nunc sinit hostis opes.
Salvati populi facinus præstabile laudent:
 Atque ita laus major lausque perennis erit.
Quæ socia Virtute parat sibi Gloria cursum:
Salva per æternas itque vigetque vias.

Programma.

MEGAPOLIS.

Anagramma.

SOLI PEGMA.
POLIS MAGE.

Quam celebri tua te dignantur imagine fata:
Auricomum Soli te quasi pagma notant.
Soli pagma, polis mage quam tellure ferendum:
 Inde magè ut possis Sole nitere Solo.

Programma.

M I S N I A.

Anagramma.

ANIMIS.
A MINIS.

Uten-

(21)

Programma.

Utendum est animis ad opus quodcunque decorum:
 Utendum est animis, ut tueare minis.
 Qui tamen hos animos Superi tribuere: decorem,
 Confusis, tribuent posse referre, minis.

Programma.

MOGUNTIA.

Anagramma.

O AGNITUM.
MAGNO UTI.
VIM TANGO.

Agnitum in hoc sacro fetis est, Moguntia, Bello:
Quam magno uti animo, magno & amore soles.
Vim quia perfecti, Moguntia, tangis Amoris:
Quæ multum, multum digna ut ameris, amas.

Programma.

MORAVIA.

Anagramma.

ARMAVI O.
JURA AMO.
RAMO VIA.

Armati o sacri natos ad Bella Gradivi:
 Rite Fidem, & Patriæ jura, fidelis amans.
 Communem Fidei & Patriæ qui pugnat in hostem:
Ramis & lauris stat via strata viro.
 Perge, armaque tuos, o Morava Nympha, nepotes:
Jusque vetus ramis condecorato novis.

Programma.

NASSOVIA.

Anagramma.

SONAS VIA.

C 3

Si

Sinihil in terris præclaro nomine majus:
Dicere te magnam, *Nassovia*, esse potes.
Qua pergis, tua fama via sonat inclyta: perge,
Curre per æternas sic resonando vias.

(22)

Programma.
NORIBERGENSIS Respublica.

Anagramma.

ARS IN ORBIS CELEBRE PIGNUS.

Certas cum rerum Natura matre per artes:
Tune illi debes: debet an illa tibi?
Sed quia Natura proficiisci dicimus Artem:
Cedis: at in pignus percelebre Orbis ades.

Programma.
NORVVEGIA.

Anagramma.

JUVO REGNA.

GNARE VIVO.

Proximus hic ubi poscit Amor, *Norwegia*, perge:
Exercens fato munera digna tuo.
Quæ gnare vivis, laudans per prælia pacem:
Per bellum ad pacem proxima Regna juves.
Tale juvamen habet mercedem, & in æthere laudem:
Has fato & meritis quam bene nausta geres.

Programma.

PALATINATUS RHENI

SUPERIOR.

Anagramma.

LAURIS HI PRO SPARTA VENIENT.

Quam

(23)

Quam bene posse datum nancisci, quamque decorè
Spartam, dignatis est tibi, Nympha, Diis.
Quæ lauris ornata venis pro munere tali,

Ornabis Spartam Rhenica Nympha tuam.
Sic virtus generosa suum bene poscit Honorem:
Sic in honorato nobilitatur Honor.

Programma.
PALATINATUS RHENI

INFERIOR.

Anagramma.

VERNANT, FLOREANT HI ARIS PIL.

Quam bene Nympha sacræ Pietatis amore probaris:
Ut quæ aris vernas ex pietate sacris.
Quæ Virtus vernum, quæ fata dedere virorem:
Flores hæc Virtus & pia Fata dabunt.

Programma.
P O M E R A N I A.

Anagramma.

OPE IN ARAM.

PARE ANIMO.

Nunc pia nunc in opem suffragia postulat ara:
Quæ pro communi bella salute gerit.
Fac ope concurras sacra hæc, *Pomerania*, in arma:
Pare animo: nobis hic DEUS est animus.
Sic impone tuis celebrem virtutibus aram:
Ut postritè queas, quæ colis, ipsa coli.

Programma.
P R U S S I A.

Anagramma.

SUPRA IS.

SU-

(24)

SUSPIRA.

Quam celebri dotata viges, ò *Prussia*, fato:
Fortunis *supra* cerneris *ire* tuis.
Perge bonis Superis: ad quos pietatis amore
Suspiria è voto *Prussia* corde pia.
Perge bonis Superis: *supra* ireque semper honores
Cerne, & fortunas altius ire tuas.

Programma.

RATISBONENSIS Respublica.

Anagramma.

SPARSI LUCRA BONIS, BENE SIT.
SParsi lucra bonis; qua sit bene ab inde; locari
Divitiae ne queunt in meliora tuae.
Qui dat dona bonis, recipit bona dando: juvare,
Vera est Virtutis, publicum in Orbe bonum.

Programma.

RHOETIA.

Anagramma.

HEROA IT.

HActenus *heroa* Virtute, ò *Rhaetia*, semper
Ibas adversis non tremefacta malis.
Nunc hera, & herois ito virtutibus: ex hac
Heroas laudes multiplicato via.

Programma.

SALISBURGENSIS DITIO.

Anagramma.

SUB DIIS GRATIIS OLENS.

Gra-

(25)

GRATA sat esse Diis, *Salsburgica Nympha*, videris
Quae sub Diis gratijs pluribus uber oles.
Persistas, & Dijs felicior ultro benignis,
Et divum gratijs ultro vigenter ole.

Programma.

SAXONIA SUPERIOR.

Anagramma.

AXI PER VIROS SONA.

SAt resonas vastum Telluris, *Saxo*, per Orbem:
Per satiis instructos Marte & in Arte viros.
Quos ut semideos inter locet inclyta Virtus:
His *axi* polico sèpè sonato viris.

Programma.

SAXONIA INFERIOR.

Anagramma.

EXI O FANIS ORNARI.

ORnandi si sacra fuit cum fana cupido:
Ornari fanis sive cupido fuit;
Nunc, ubi pro fanis Bellorum volvitur ætas:
Certanti laurus, certaque palma viret;
O Exi: ornari sic, *Saxona Nympha*, decorum est:
Pro fanis & opus fata benigna juvant.

Programma.

SCOTIA.

Anagramma.

O ACTIS.
SOCIAT.

D

Jure

(26)

Jure, opibusque potens, & fortis Marte fidelis:
His bene cum sociis, *Scotia*, dives ovas.
Omnia Juri, opibus cedunt, armisque: decora
Semper ab his trinis acta fuere modis.
Assicia hæc sacro duo, *Scotia*, munera Bello:
Ut repeatas actis jure bravia tuis.

Programma.
SELANDIA.

Anagramma.

ALENS DIA.

AD dii delubra modò, *Selandia*, Martis,
Diaque *alens* imo pectore vota, veni.
Ut sic à superis dia pietatis amore
Accipias meritò munera dia Diis.

Programma.
S I L E S I A.

Anagramma.

I LAESIS.

I, SALIES.

Laefis vicinis, laefisque, *Silezia*, amicis
I, fer opem: à superis ut merearis opem.
I, salies meritis, quales metiris honores
Mente: Deo gratum scis pietatis opus.

Programma.
SLAVONICA MARCHIA.

Anagramma.

HAC AMICA IN LAUROS.

Quæ

(27)

Quæ tua contendis redimiri tempora lauro:
Dans Virtuti operam, *Marchia Slavna*, tuæ.
Hac procede via: qua Mars sociatus Amori
Publica Christiadum vindicat ense bona.
Hac via ad æternos patet en accessus honores:
Ad lauros, palmas, pergitur hacce via.
In lauros, Cœlum tibi quas promittit, *Amica*,
Hoc fausto fato & tempore perge, mea.

Programma.
S P I R A.

Anagramma.

I PARS.

RAPIS.

PARIS.

IPars magna Boni communis: & hostis iniqui,
Quæ malè congesit, pergama, *Spira*, *rape*.
Ut parias justis majora hinc commoda prædis:
Publica quæ propria commoda forte *paris*.

Programma.
S T Y R I A.

Anagramma.

T Y A R I S.

PLuribus ornandum servant te fata *Tyaris*:
Non contenta istis fata benigna Bonis.
Nec Fortuna tibi, nec desunt rebus Honores:
Felix: à superis cui decus omne fluit.

D 2

Pro-

(28)

Programma.

S V E C I A.

Anagramma.

VI SECA.

SIC AVE.

Nunc armis animum, nunc, Svece, impende valorem:
Heroa nunc vi barbara colla seca.
Atque ita tranquilli sine fine ad commoda Regni:
Sic ave: ut ad faustum desit avere nihil.

Programma.

S V E V I A.

Anagramma.

VIVA ES.

I SVAVE.

Viva es: vivaces hōc publica commoda poscunt,
Quo patriæ & fidei, tempore, certat Amor.
Perge, i svavē tuis armata, ò Svevia, telis:
Clade sua vivam sentiat hostis; age.

Programma.

TEUTONICI EQUITES.

Anagramma.

ITE, QUO ET VINCETIS.

Quo vos fata vocant, generofus spiritus urget:
Et fortuna graves mollit amica vias;
Sub sacrī labaris ad sacros. *ite* labores:
Quo vos vīctores palma decusque manet.
Astra quibus certant, vīctoria certa paratur:
Hostibus in Cruce mors, in Cruce vestra salus.

Pro-

(29)

Programma.

TRAJECTUM.

Anagramma.

CERTATUM I.

TIME TURCA.

ACTUM ERIT.

Tu quoque certatum, dum Christi Patria certat,
I Trajectani Nympha decora Soli.
Ut timeat Turcus: de quo (te vate) erit actum:
Actum utinam d'esset, qui modò cuncta timet.

Programma.

TREVIRIS.

Anagramma.

UTI RERIS.

Sat pro felici tua sunt tibi nomina vate:
Omnia, uti sancte ritèque reris, erunt.
Felix: quem bona fors satis comitatur amicis:
Succedunt votis prospera cuncta suis.

Programma.

TURINGIA.

Anagramma.

UTI GNARI.

Cuncta satīs bene, cuncta facis satīs atque decorē:
Cūm veluti gnari cuncta, Turingi, facis.
Scire aliquid gnare, laudem: fecisse decorē
Adfert: tu tamen hoc prōemium utrumque tenēs.

D ;

Pro-

(30)

Programma.

TYROLIS.

Anagramma.

O LYTRIS.

BArbaricis ò usque *lytris* exempta *Tyrolis*:
Vicinos duris exime amica *lytris*.
Nam bona qui præstat, bene pro pietate meretur:
Atque habet ante homines, ante Deumque bene.

Programma.

VANDALI.

Anagramma.

LAVANDI.

UNDA ALI.

SÆpè, patres vestri, fortis gens *Vandala* quondam
Lavit in Europæ cæde cruenta manus.
Ut quasi, Christiadum profusa sanguinis *unda*,
Visa sit immanis more leonis ali.
Impia: nam necdum Christi pro numine nomen
Noverat: in Christi sœviit illa gregem.
Vos, qui illud colitis meliori lumine numen:
Hostium in ejusdem cæde *lavate* manus.
Pulchriùs hostili qui nempe cruore *lavati*
Ante ipsos palmam ferre queatis avos.

Programma.

VESTFALIA.

Anagramma.

FAUSTE ALI.

VELA FATIS.

FATIS VALE.

FAta tuis *faustè*, *Veffalia*, rebus alendam
Te voluere: bonis atque *valere* Diis.

Pan-

(31)

Pande ergo *fati*, *Veffalia*, vela benignis:
In vitam in vittas *velificando* vale.

Programma.

ULMENSIS Respublica.

Anagramma.

SUBLIMI LUICE SPERANS.

Ulmea sublimi sperans Respublica luce:
Sta; nocet haud rebus vis tenebrosa tuis.
Spes confusa DEO, nunquam confusa: nec isti
Est humilis merces axe parata spei.

Programma.

VRATISLAVIA.

Anagramma.

SALUTARI VIA.

Ad quam te pia Fata vocant, movet inclyta Virtus:
Perge *salutari*, Nympha *Silesa*, via.
Felix Nympha: cui pars obtigit optima: cunctis
Una opibus supereft anteferenda salus.

Programma.

VVETTERAVIA.

Anagramma.

AVERTE TUA VI.

TUA UTERE VIA.

AVerte à Divum diros altaribus hostes:
Verte à vicinis barbara tela plagis.
Externa à propriis longè mala sedibus arce:

Sic *utere tua*, ad gaudia fausta, *via*.
Fata aderunt factis comites: & justa sequentur
Alta solo meritis præmia, lata polo.

Pro-

Programma.

VVIRTENBERGA.

Anagramma.

EN URGET JUBAR.

REGUNT JUBARE.

EN Jubar à teneris *urget* sua lumina lustris:
 Ut patrum in terris more nitere queat.
 Dux tuus hoc *Jubar* est, ô *Wirtenberga*; Senatus
 Consilio, *jubare* ut, quem graviore *regunt*.
Felix: & duplici *Jubare* hoc, ô *Nympha*, corusces:
 Principis imperio, consilioque Patrum.
 Quàm bene Regna vigent, & Regum gloria crescit:
 Dum bene concordant cum Duce Regna suo.

Programma.

VVERMATIA.

Anagramma.

AURO VITAM.

PRæferimus *vitam* gemmis prudenter & *auro*:
 Qua Mundus munus majus habere nequit.
 Hinc damus & gemmas, & fulvum quolibet *aurum*:
Vitam salvare hac unde queamus ope.
 Sed, ceu nos ipsos, quia proximum amare docemur:
Vitam auro redimas, proximi amica, tuo.

